Tractatus
FEUDALIS
DE
Cavalcata & Vaſallorum Servitiis pacis & belli tempore præſtandis.

Principibus, Vaſallis, ac Subditis, utilis, & neceſſarius;

Nec non iis, qui in foro, & ſcholis verſantur, aliiſq; curioſis Lectoribus quibuscunq; in otio, & negotio non injucundus.

AVTHORE

ANTONIO BORRINIO, J. U. D.

Et in alma Taurinenſi Univerſitate olim feudorum; tum Pontificii; ac tandem Cæſarei Juris matutinis horis Interprete Ord.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

SPIRÆ typis Heliæ Kembachi, anno 1614.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO, DOMINO ERNESTO Fuggern/ Libero Baroni in Kirchberg vnd Weiſſenhorn ꝛc. Sacræ Cæſareæ Maieſtati à conſiliis, atq; Auguſtiſſimi Imperialis Cameræ Iudicii Præſidi digniſſimo,

Domino ſuo Clementi, felicitatem

S. Q. P.

ILluſtris & Generoſe Domine Baro, Auguſtiſſimi Imperialis Cameræ iudicii Præſes digniſſime, tametſi ii, quibus ſtudium feudale cordi & curæ eſt, ingenuè teſtentur, quod in ſcientia iuris feudalis materiæ de Cavalcata & Servitiis Vaſſallorum pacis & belli tempore præſtandis primæ debeantur partes, quippe cum in ea tractentur, genus, differentiæ, ſpecies & cauſæ Servitiorum, perſonæ item quibus, quæ, per quas, & contra quas ea præ-

CAVALCATÆ
Sive
DE SERVITIIS VASALLORUM.
PARS PRIMA.

De ſervitiis in genere, differentiis, & cauſis eorum. Et Cavalcata quid ſit?

CAP. I.

SERVITIUM jure feudi deberi, & præſtari, non uno in loco repertum legimus in libris noſtris feudorum, & nemo non intelligit, vel ipſa duce, & magiſtra rerum, experientia, ex qua præſtò eſſe vaſallos in opportunitatibus ſervitiis ferendis omnes norunt; præſertim verò in expeditionibus, & belli tempore; quippè quòd in bello potiſſimùm vaſallitica ſervitia præſtanda ſunt cap. *Domino guerram faciente tit. hic finit. lex dein. conſuet. Regni incip. tit. de vaſ. mil. qui ar. bell. depoſ. in rubro & nigro. & tit. de feu. ſi. cul. non amit. in principio. & alibi ſæpè.* Et quemadmodum militum munus armis tractandis, & ad bellorum neceſſitatem inventum & conſtitutum dicitur *l. milites. C. locati. l. fin. C. de iure deliber. & paßim in ff. & C. tit. de re milit.* ita etiam vaſſallorum ſervitium, & munus præcipuum